

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Hugh, Lord of Ibelin. Donation document extending a previous donation made by Rainier in territory of Rama made out to the 'fratribus leprosis Sancti Lazari de Hierusalem' dated 1169. OSML/MA: Ms. fol.7 and 8

- Transcribed in: A. de Marsy [ed.]. Fragment d'un Cartulaire de l'Ordre de Saint-Lazare en Terre Sainte. Archives de l'Orient latin, Ernest Leroux, Paris, Vol.2, 1884, no.II, p.121-163
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011.

| | | |
|---------------------------------|---|--|
| 1169 Kingdon of Jerusalem | Hugh, lord of Ibelin on the advice of his wife Agnes and his brothers Baudonin and Barisan. | Extension of the donation previously made by Rainier in the territory of Rama. |
|---------------------------------|---|--|

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen. Ego Hugo, dominus Hibelini, omnibus notum facio tam futuris quam presentibus quod dominus Rainerius, bone ulus memorie avunculus meus, fratribus leprosis Sancti Lazari de Hierusalem quamdam terram in territorio Ramatensi in elemosinam dedit; illi autem homines quibus iussum fuit terram tradere predictis fratribus majorem partem terre quam iussum fuerat eis reddiderunt, et metas largius precepto posuerunt. Cum vero, post multum temporis, istud mihi notum fuisset, ego Hugo veniens supra terram predictam pretextatis fratribus quod de jure suo fuerat eis quiete dimisi, superfluum autem terre et quod ultra jus donacionis tradebatur eis, accepi. Nunc itaque, divina admitione compulsus et pietatis affectu commotus, concessu domine Agnetis comitisse, uxoris mee, et domini Baldoini, et domini Barisani, fratrum meorum, et consilio domini Bernardi, Liddensis episcopi, et etiam pro via Sancti Jacobi quam videram, dono et concedo in elemosinam prenonlinatis fratribus leprosis Sancti Lazari de Jerusalem totam terram illam absque ulla calumpnia, quam ab eis, ut dictum est, acceperam [cumque ea quans habuerunt de domina Eva]: ita ut prius eam tenuerunt, et sicut mete posite fuerunt. Ut igitur elmosioa ista rata et inconcussa permaneat, sigilli mei impressione hujus donacionis privilegium confirmari.

*Factum est hoc anno ab Incarnacione Domini M * C * IX, Amalrico patriarcha existente, Amalrico rege regnante. Hujus rei testes sunt: domina Agnes]*

Order of Saint Lazarus: Primary sources

comitissa, et dominus Baldevinus, et dominus Barisanus, quorum concessu hoc donum factum est; dominus B[ernadus] Liddensis episcopus; Radulfus, capellanus Ramatensis. Canonorum vero Sancti Georgii: dominus Gillibertus cantor; dominus Goltbertus; dominus Petrus, capellanus; dominus Johannes; militum Ramatensium: Nicholaus de Beroard; Balduinus de Roais; Phillippus; Odo Ruphus; Bernardus Provencal; Willelmus Arnaldi; Willelmus Faber; Martinus Gazele; Ferricus de Inferno; Robertus de Corbie; Willelmus de Ponz, burgenols Jherusalem.